

quia nec accidentia separata nec conjuncta possunt introducere quodam qualitate incompotibilem cum forma corruptenda; unde si forma corruptenda aque v.g. habeat sex gradus qualitatis, quorum unum, vel duos ita sibi detinet; ut sine eis esse non possit, tunc si agens contrarius per qualitates contrarias agat in eas, poterit quidem qualitates illas quatuor inducere, vel quinque gradus, expellendo contrarios; non inducens alios destruentes eos, quos sibi forma aque detinet; & licet omnes illi gradus frigiditatis sibi eisdem rationis, si in se spectentur, quia tamen aliqui sunt simpliciter necessarii ad conservacionem forme substantialis aque, ut est, v.g. ultimus gradus, vel duo frigiditatis, sine quibus aqua statim corrumpetur; alii vero sunt secundum quid necessarii, & ad bene esse; hinc in ordine ad substantiam, cujus sunt dispositiones, sunt alterius rationis; quapropter calor potest destruire gradus secundum quid necessarios, non vero simpliciter necessarios; non quia in seipsis, & intrinsece sint maioris virtutis, quam ceteri; sed quia substantia pro illis pugnat specialiter, & resistit; major autem, & efficacior est concursus substantie, quam accidentis, & ideo nunquam calor propter hoc auxilium substantiale poterit corrumpere gradus, quos substantia pro sui conservacione determinat. Quae cum alteras ad gradum illi proximum pervenerit, quem sibi forma aque detinet, tunc non accidens alteras, sed substantia illi substantias corrumpit immediate formam, & gradus quos sibi detinet; & generat novam formam cum qualitate, & quantitate sibi propria; igitur accidens coniunctum nequit substantiam corrumpere, multo minus id poterit separatum: ita respondet Doctor d. 12. c. 3. lit. O. & P. quam solutionem amplius declaravimus d. 17. p. 7. q. 2. ar. 2. n. 103. ubi de hoc puncto egimus ex professo.

Diceshinc sequeretur, quod accidentia separata possent alterare passum usque ad gradum illum proximam, & non sequi corruptio, quod non esse sensu repugnat, & experientia. Respondet gratias concedendo, securum corruptionem non tamen virtute accidentium illorum, sed virtute agentis increati, vices naturae supplementis statuit enim facere in Eucharistia ad dei meritum, & celandum mysterium, quidquid faceret substantia, si sibi esset; unde sicut quando accidens est coniunctum, inducitur gradu sufficienti contrario in passum, sequitur corruptio, non virtute accidentis, sed substantie; cui est coniunctum; ita pariter si ab accidente separato talis inducitur dispositio, ac in tali gradu, adhuc sequeretur corruptio, non quidem virtute illius, sed agentis universalis, scilicet Dei; Ex quo sequitur, nunquam accidens posse substantiam corrumpere, nisi dispositio, quatenus disponit agens validius producat, & corrumpat substantiam, nec unquam accidens virtute propria gradum cum forma corruptenda incompotibilem inducit, sed hoc efficit substantia corruptens, & generans.

365 Tertio dicendum est, accidentia separata in Eucharistia non posse substantiam producere, neque virtute propria, ut causas principales, neque virtute substantie, veluti instrumentales, sed tantum dispositivo; Conclusio est Scoti loc. cit. d. 12. c. 3. & quoad secundam partem est contra Thomistas, qui sic probant, accidentia coniuncta nec principaliter virtute propria, nec instrumentaliter in virtute substantie possunt ejus productionem immediate artingere; ergo tanto minus separata id poterunt; antecedens late probatum est cum Doct. loc. cit. d. 17. p. 7. q. 6. a. concl. 2. consequentia probatur, quia vel id facerent virtute propria, vel in virtute substantie, cui prius inharebant; non primum, quia tunc non essent cause instrumentales, sed principales productionis substantie, quod neque Thomista concedunt; neque secundum, quia ut arguit Doctor, quod non est, nihil causare potest in quocunque ordine causa, sed substantia, cui accidentia Eucharistica inharebant, facta consecratione non est, ergo nullam rationem causae habere poterit respectu effectus ab accidente causati, nec remota.

Confirmatur, quia ratio instrumentalitatis causa in eo constituitur sit movens mota, per hoc enim a causa principali distinguitur, quod ubi ista per virtutem proprie forme agit, & operatur illa non agit per virtutem suae forme, sed solum per motum, quo a causa principali moveatur; accidens separatum non potest habere rationem moventis moti respectu substantie, cui antea coniunctum erat, cum ipsa non sit ergo neque ratione instrumentalitatis illius habere potest. Tandem simpliciter imperfectus secundum speciem, vel genus non potest esse totale principium activum respectu perfectioris, quia effectus non potest esse nobilior sua causa; ergo accidens separatum nequit substantiam producere, quia tunc ageret ultra suam speciem.

366 Respondeo Thomista, quod sicut accidentia conjuncta possunt productionem forme substantialis attingere, non virtute propria, sed virtute substantie, cui inharent; hoc idem etiam possunt separata, quia eadem virtus per divinam virtutem conservatur in eis, sicut antea erat, & ideo adhuc in tali statu separationis ad productionem forme substantialis agere possunt inlustrum metallicum, quo modo non inconvincit, quod agant ultra propriam speciem, quia id non faciunt virtute propria, sed virtute principalis agentis, quo modo autem hęc eadem virtus producendi substantiam, quam antea habebat conjunctam, adhuc in eis conservetur in statu separationis;

ita declarant, quia volunt in tali casu, novum per seipsum modum accidenti separato a Deo communicari loco actualis inharentis, & ei oppositum, cujus virtute non solum per se existere poterit, sed etiam producere quicquid poterat in statu conjunctionis cum substantia.

366 Sed hanc vim producendi substantiam accidentibus convenire, etiam quando sunt ei conjuncta, falsum est ex jam dictis d. 17. p. 7. q. 6. substantia enim non communicat accidentibus actualitatem, & terminationem essendi per inharentiam per modum subiecti; ergo nequit tribuere accidenti, ut per se existat, quem modum habet substantia in se, quia accidens est incapax talis modi essendi, minus potest ei communicare virtutem activam producendi substantiam, qua caret ipsa substantia secundum Adversarios. Deinde falsum est accidentibus separatis a Deo communicari novum perfectum modum pro ejus conservacione loco actualis inharentis, habent enim tantum negativum, quatenus prosequitur Deus consecrationem accidentis secundum suam entitatem independenter a subiecto; ut dicitur d. 17. p. 7. q. 4. a. 2. ex Sc. d. 4. r. a. r. c. 6. s. ad argumenta, talis autem modus negativus non sufficit ad hoc, ut agens esse possit principium productivum substantie magis, quam prius cum ergo conjunctum id non poterit, nec etiam poterit separatam. Denique accidens, sive conjunctum, sive separatam, acceptum inquantum est virtus substantie, quo pacto Thomista dicunt, posse attingere ejus productionem, non est aliquid entitatis perfectius seipso secundum propriam entitatem considerato; si ergo hoc modo nequit substantie productionem conferre, alioquin effectus esset sua causa nobilior, neque etiam primo modo sumptum eam attingere poterit. Respondeo ergo, ut accidentia sive conjuncta, sive separata ad substantia productionem tantum dispositivo concurrunt instrumentaliter, non quidem ita, ut suo instrumentali influxu substantiam attingant, sed quatenus habent effectum suum ultimo ordinatum ad effectum substantialem, quia scilicet, ultimatè disponunt pro forma substantiali introducenda, a conjunctione a Scot. l. c. causae tantum dispositivae dicitur, cum enim accidentia ad productionem substantie alio modo concurrant, nec possunt principaliter ejus productionem attingere, nec etiam instrumentaliter in virtute substantie, ergo modo quo dicunt Thomista, etiam ut concurrant instrumentaliter dispositivo, quatenus habent potestatem actionem dispositivam ad introducendas formas substantiales, ut fuit explicatum est d. 17. p. 7. q. 6. c. a. 2.

367 Sed Obicitur, accidentia separata possunt substantiam corrumpere, ergo & generare, quia non datur corruptio absque generatione; probatur antecedens, quia possunt corrumpere illum gradum, quo corruptio sequitur corruptio forme substantialis, nam plane negari non potest, quia accidentia magis ignis separatam gradum corrumpere possunt in guttam aque illis approximamam.

Confirmatur, quia species Eucharisticae possunt nutrire, quod fieri nequit sine generatione forme carnis per nutrimentum illarum specierum. Tandem, quia possunt saltem Deus accidens elevare ad producendam substantiam, quod ad naturaliter non potest, ergo saltem dicit potest hanc virtutem fuisse specieb. Eucharisticae. Deo communicatam ad occultandum mysterium.

Respondetur negando assumptum cum ejus probatione, ut factis constat ex dictis supra n. 364. ex Scoti loc. cit. d. 12. c. 3. ubi ad illud de magnis accidentibus ignis separatis, inquit, non posse ipsa destruire guttam aque, sed hoc fieri a Deo in ratione agentis universalis defectum naturae supplementis.

Ad Confr. dicendum, species hoc modo nutrire, quia enim Deus influit non conservare corpus Christi sui specieb. nisi quandiu manent accidentia, qua nata sunt afficere substantiam panis, vel vini jam convertit; ideo in instanti corruptionis huiusmodi accidens, sive per digestionem, sive alio modo, redit actione divina talis substantia, qualis nata est affici accidentibus consequentibus, seu qualis generat naturae pane corrupto; hoc ergo modo species nutrire dicuntur, & ex ipis corruptis generari videntur, ut ex dictis adhuc magis patebit. Ad ultimum negatur assumptum, tunc enim solum potest creatura a Deo elevari per potentiam obedientialem ad aliquid effectum virtus naturae excederet quando in causa secunda supponitur aliqua virtus saltem inchoatam, & proportionalem cum isto, ad producendum elevatum a Deo; ut dicitur est d. 7. p. 7. q. 6. a. s. nam Deus non concurrat cum causis secundis, nisi habeant talem virtutem inchoatam modo in accidente talis virtus non reperitur producendi substantiam, non enim habet completam autem pateat in inchoatam, quia hęc datur in quolibet ad quolibet, sed tamen in eo, quod habet virtutem producendi effectum aliquo modo proportionatum, quod in accidente non reperitur, ut fuit l. c. explicatum est.

368 Quarto tandem dicendum, species sacramentales non illam posse exercere actionem, in qua fit opus influxu substantialem, quia hęc virtutem accidentis non excedunt, & sub specieb. predicis nulla remanet substantia post consecrationem; unde non solum si predicte species essent tantę activitatis, quod disponderet ultimo ad for-

ad formam aliquam substantialem generandam, illa productio esset adscribenda Deo, ut dicitur est, cujus est suppleri defectu causarum secundarum; sed etiam si predicte species extra proprium statum naturalem alteretur, puta si calefiant, vel rarefiant, dicendum est non posse se reducere ad pristinum statum, quando removeret causa calefaciens, quia hęc reductio a forma substantiali fieri solet & debet, ideoque auctori naturae talis etiam reductio attribuitur foret; qui ponunt qualitates occultas, a quibus talis effectus provenire dicunt, cõsequenter ad illas in hoc caso recurrunt; Sed preterquam quod non est de fide alia accidentia panis, & vini in Eucharistia minus negantur tales qualitates, sic occultae, quæ nec ratione nec experientia, aut ab effectu probantur, & attribuendum est hic effectus Deo suppleri in defectu substantie viciis, qua proveniret reductio ad inatum frigus, si illa substantia ad esset.

Hęc assertio fundamentum habet in communi sententia negatæ huiusmodi actionem separatam ab ipius accidentibus proficisci, etiam quando proprio subiecto sunt conjuncta, cum nulli accidens vim habeat seipsum in proprio subiecto intendendi; neque a virtute aliqua occultas, cum enim hęc reliquæ essent accidentis intensione, & remissione, etiam ipsa cum quoque essent accidentibus remissa in pristinum statum cum illi reductio postularer; Fingere namque virtutem aliquam indivisibilem intentionis, ac remissionis incapax, quæ tantum ad huiusmodi actionem deserviat, ut peccet aliqui cum merit sunt apud Suarez d. 17. p. 7. l. c. 1. in fine, & Lugo d. 17. p. 7. l. c. 2. a. 2. s. est omnino superfluum, atque chimericum, cum talis actio in propriam formam substantialem reduci possit, ac debeat, siquidem ad illam proprie spectat, tanquam ad radicem, & fundamentum totius esse compositi, deperditum in temperantiam reparatur bene, notavit Amicus d. 17. p. 7. l. c. 2. s. ideoque cum ab accidentibus Euchar. substantia abicit, non poterit in illis huius actionis principium assignari, sed reduci debet in Deum, ut causam primam suppletent defectum causæ secundæ ex debito naturæ; vel ut causam particularem, esse suppositionem instrumentum huiusmodi operantem, quod decevat ad meritum fidelium oculum servare, ut magis placeat Amico loc. cit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quid accidentia separata pati possint.

369 PRIMO dicendum est, species Euchar. ab agente creato mutari posse secundum locum. Est Scoti 4. d. 12. c. 3. q. 4. lit. E. probatur, quia Sacerdos huc, & illuc hostiam desert, & hostia sibi derelicta deorsum cadit ex impetu proprie gravitatis, principium enim internum, quo gravia moventur deorsum est gravitas, ut dicitur est d. 17. p. 7. in libro de Celo q. 2. Et quævis Nominales censentes, gravitatem, & levitatem esse totas substantiales consequenter dicant, nullam esse gravitatem in speciebus consecratis, & quando deorsum servatur, esse impulsivum Deo productum ad occultandum miraculum, quos sequitur ex modernis Ariaga d. 17. p. 7. de Generatione sec. 5. Hoc tamen esse omnino falsum, præter dicta l. c. & est multipliciter miracula absque ulla necessitate, & negare in speciebus consecratis gravitatem est omnino contra sensum, videmus enim quod quanto plus vinificatur, tanto magis gravitavit in calice, neque est ulla necessitas recurrendi ad Deum pro isto motu specierum deorsum, potest enim fieri ab agente naturali, nam ibi adest subiectum, scilicet, quantitas.

370 Sed Dices, principium motus deorsum in gravibus est forma eorum substantialis, sed nulla talis est in speciebus, ergo motus ille fit a solo Deo, & non ab aliquo principio intrinseco; probatur major; separat Deus gravitatem, quæ ponitur forma accidentalitatis, conservando formam panis, tunc quæ, si talis panis ponatur in ære, vel descendit, vel non descendit, tunc ulterius urgeat, quia locus proprius tertæ, quæ est elementum præterminatus in panis, est subus ære, & aquam, ergo si panis positus in ære non descendit, violenter ibi quiescit, & per consequens aliquid adest impedimentum suæ quietis, quo motu ex impetu innato moveretur deorsum; ergo panis est substantia motus gravis.

Respondeo, negando maiorem ad probationem dicendum, quod in casu posito panis non moveretur, & quiesceret ibi violenter, quatenus talis quies esset contra impetum principii passivi prætermittit, & remoti, quæ est forma substantialis gravis, & cum adit, tunc ergo adest aliquid impedimentum, quo ablati moveretur deorsum, dico, non adesse impedimentum postivum, quæ est lignum, sed adesse impedimentum negativum, defectum nempe principii proximi motus, quod est gravitas, qua panis relictus concedendum est, quod statim deorsum moveretur.

371 Instabis rursum, si gravitas esset principium intrinsecum talis motus, ergo esset natura, & per consequens substantia, quod est falsum; Nec valet dicere, quod est principium activum, non passivum, quæ est natura, nam licet sit principium activum, tamen negari non potest, quin etiam sit passivum, quatenus grave habet in-

Held. in Quæst. Sentent.

clinationem naturalem ad motum deorsum, præterquam quod d. 17. p. 7. q. 4. d. 1. diximus etiam, probable esse, naturam dici quod principium activum, licet principaliter dicatur de passivo.

Respondetur concedendo, gravitatem esse principium, nedum activum, sed etiam passivum in tali motu, sed non ob id esse naturam, quia natura est principium passivum primarium, & constitutum rei, quæ non movetur in esse suo; natura enim non solum est principium motus, sed etiam in esse suo, hoc est, illius, quod constituitur, in proposito autem gravitas non est tale principium respectu specierum, neque ex ipsa cum quantitate confingitur aliquod compositum per se, & ens naturale, sed tantum unum ens per accidens, quod dicitur quantum grave, quia tamen hęc gravitas est principium proximum, & secundarium motus deorsum, poterit dici motus iste naturalis secundum quid, non simpliciter, quod declarat exemplum factis apto de motu Celi circulari, qui ex duplici capite naturalis dici potest, primo ob formam, & intrinsecam naturam ipsius Celi, quæ quæ capite dicitur naturalis simpliciter; deinde ob formam extrinsecam circulari, quæ est aptissima dispositio illius corporis, ad recipiendum talem motum, ita ut si per impossibile Celi propria forma præteriret, & remaneret solum cum tali figura spherica, motus ille adhuc diceretur naturalis, naturalis, inquam, secundum quid, & a principio extrinseco; sic in proposito motus deorsum panis dicitur naturalis ex duplici capite, primo ex forma substantiali sua, secundo ex forma accidentalitatis gravitatis, quæ est veluti dispositio illius ad recipiendum motum deorsum, ex primo capite dicitur naturalis simpliciter, ex secundo naturalis secundum quid, si ergo casu eveniret, quod quantitas panis separaretur a substantia, & remaneret cum gravitate, adhuc quidem moveretur deorsum, sed motus ille non erit naturalis, nisi secundum quidem, quia non oritur nisi ex principio passivo extrinseco, hinc est, accidentalitatis, non autem intrinseco, & substantialitatis, qualis est ipsa forma panis.

372 Secundo dicendum est, species facie mentales moveri posse motu alterationis, ut calefieri, & frigidificari, & hoc ab agente naturali. Ita Scotus loc. cit. & quidem supposita communi sententia contra Nominales, quantitatem nimirum esse accidentem realiter a substantia distinctam, & esse subiectum immediatum omnium qualitatium, atque ideo qualitates specierum inherere quantitati, cui antea consecratione inhæbant, facile intelligitur, & ab agente naturali in eadem quantitate qualitates intendi, & remitti posse, quia ex parte quantitatis est furniens potentia passiva, ex qua educatur, quia immediate in illa recipitur, & ab illa pendit in suo esse, & conservatur, atque adeo etiam fieri possunt ex illa, quæ ut patet, nisi aliud est educi formam de potentia subiecti, quæ in illa fieri cum dependentia ab eo in suo esse, & conservari; dicendum ergo, quod virtute agentis naturalis hoc totum est possibile.

Confirmatur, quia substantia ipsa transmutatur ab agente naturali, mediante quantitate, siquidem mutationes naturales sunt per contactum physicum, & corporeum; ergo prius fit mutatio in quantitate, quam in substantia, atque adeo quantitas separata a substantia non minus ad qualitatem poterit immediate ab agente naturali transmutari.

Addit etiam Doctor, posse species sacramentales mutari secundum qualitates quartæ speciei, eadem enim quantitate invariata manente, & ab agente creato, nam si vinum consecratur in alia, & alio vase alterius figure ponatur, eundem quantitatem manente diversâ recipitur figuratorem, ubi advertendum est, hanc dupliciter fieri posse, primo pro figura intrinseca, quæ dicitur quantitativa, & importat ordinem partium, quod figuræ exitus in loco, & sive hoc, sive illo modo figura sumatur, poterit mutari figuratorem, partibus manentibus hinc in se, & in toto, quia variatio secundum figuratorem non variat quantitatem in se, quo autem modo figura ponitur in prædicamento qualitatis, jam dictum est in logica suo loco.

373 Tertio dicendum est, species sacramentales transmutari posse ab agente naturali, etiam motu rarefactionis, & condensationis. Hęc conclusio fundatur in jam dictis de rarefactione, & condensatione d. 17. p. 7. q. 5. ubi docuimus, tanquam probabilis, & menti Doctoris conformis, non acquiritur per eas, veluti per se terminum, nisi novam extensionem localem, partium locati majorem, vel minorem ad prædicamentum, sicut pertinentem, quod etiam nobiscum egregie defendit Gavarius d. 17. p. 7. de Eucharistia q. 5. ex qua doctrina ibi ex professo tradita asseritur, non ita probari potest, quia per rarefactionem, & condensationem non acquiritur, vel deperditur quantitas, sed tantum major, vel minor extensio localis eadem quantitate permanenti; ergo huiusmodi mutationes fieri possunt circa species ab agente naturali, & sequentia patet quia in tantum Adversarii oppositum tenent, quia dicunt, per condensationem, & rarefactionem variari quantitatem, assumptum probatur, quia tunc intelligitur quantitas secundum rem variari, quando vel tota destruitur, & alia de novo producit, vel aliqua pars destruitur, aut nova præexistit superadditur, sed nullum horum in rarefactione, vel condensatione specierum sacramentalium evenit, ergo. Minor probatur, quia ut constat ex dictis loc. cit. quando species rarefiunt, majorem duntaxat extensionem localem acquirunt.

ex eo, quod in quolibet specie totus sumatur, & integer Chritus gratiarum omnium fons, & auctor sequitur, quod eadem gratia, quae per aram, simul habetur, causatur etiam per unam; sicut in Concilio loquitur de auctore omnium gratiarum in actu primo tantum non in actu secundo, alioquin qui hoc sacramentum susciperet, non tantum gratiam huius sacramenti propriam conferret, sed etiam reliquam, cum etiam gratia aliorum sacramentorum fons, & auctor sit Christus Dominus.

Ad probationem negatur minor, quorum in hoc sacramento gratiam sacramentaliter non causant, nisi quae sunt per se vi sacramenti, non autem quae sunt concomitantur vi solius connexionis, nam illa tantum sunt ab influente intentus, ut formaliter hoc sacramentum influentia, reliqua vero intenduntur merè concomitantur, & extra formalem constitutionem sacramenti; atque adeo extra virtutem causativam illius, & planè implicat in adiecta hoc sacramentum formaliter constitui per id, quod concomitantur tantum in ipso reperitur, id enim quod non sunt vi verborum dicitur, concomitantur tantum esse in hoc sacramento, quia illud formaliter non constituitur, siquidem esse concomitantur, & esse formaliter sese mutuo destruant.

Ad probationem minoris dico, quod divinitatem, quam animam Chriti esse causam principalem gratiae Eucharistiae universalem, & remotam non verò proximam, & particularem, est enim divinitas causa universalis gratiae, non solum huius, sed reliquorum etiam sacramentorum, sicut, & anima Chriti est causa universalis, meritoria huius gratiae, tam huius, quam aliorum sacramentorum particularium tamen, & proxima causa est corpus sub specie panis, & sanguis Chriti sub specie vini, nisi enim haec duo Deum moverent, & animam Chriti, nec Deus physice, nec anima Chriti meritorie gratiam per hoc sacramentum producerent.

Ad ultimum patet ex dictis, falsam esse consequentiã, quia virtus causativa gratiae in hoc sacramento non est solus Chritus, sed Chritus, & species, & quia species vini sunt species panis diversae, id oportet, quod diversum etiam gratiae effectum conferant; tum quia etiam daretur Chritum solum esse huius sacramenti virtutem, cum sub speciebus panis sit solum corpus Chriti ex vi verborum, & sub speciebus vini solus sanguis, idè oportet illis diversos gratiae effectus assignare, et eum in hoc sacramento ea tantum gratiam sacramentaliter causant, quae sunt in ipso ex vi verborum, & per se non verò concomitantur tantum, & ratione naturalis connexionis nuper dicebamus.

Alia duoè difficultates.

413 Tertia difficultas est, quo tempore hoc sacramentum incipiat conferre gratia argumentum in eius sumptione. Aliqui dixerunt, tunc primum Eucharistiam gratiam conferre, quando primum est in ore, quia verè in ore fit manducatio, iuxta significationem ipsius verbi *manduco*, derivatur enim a *mando*, quod significat dentibus, & ore cibum convertere; gratia autem huius sacramenti non est promissa, nisi manducationi ipsius iuxta illud Io. 6. *Qui manducat me ipse vivet propter me*, ita sentire videtur Vasq. *disp. 103. c. 1.* sed magis expresse Becanus *c. 22. quæst. 6. ubi* inquit, probabilis etiam gratiam dari, cum hostia sumpta est in ore, etiam non sit in stomachum transfusa, alioquin agroti, qui hostiam præ infirmitate nequeunt transmittere, non acciperent gratiam; quod videtur absurdum.

Communitur tamen supponunt omnes, hoc sacramentum gratiam non conferre, nisi transjactur, & deglutiantur species, quia hoc est propriè concedere, & bibere; nec enim in communi modo loquendi dicitur, quidquam ille comedisse, vel bibisse, qui panem, aut vinum in ore famens, aut etiam panem dentibus conterens, rotum inde expueret nihil deglutiens; unde quamvis verbum *manduco* derivatum videtur a verbo *mando*, quod significat cibum ore, & dentibus conterere; tamen si propriè loquamur, est manducatio à matricatione incipit, principalis tamen, quo essentialiter in transjectione cibi consistat, & transiutione in stomachum, & in eo consumatur; quo etiam modo de potu discutrendum est, quia nec bibibile potum dicitur, qui degluttus statim expulsi, esse manducatus, qui acceptus in ore cibum statim eiecit, imò ab omnibus hic cõfetur jejunijs; quæ est doctrina Scoti expressa *disp. 8. quæst. 3. C. ubi* & cibo loquens, & ejus sumptione, ut frangat jejuniū, ait opus esse, ut cuius stomachum intrer, quia jejuniū est cæcitas; inquit cibi suscepti in stomachum, vel in via ad stomachum, ita quod intrer stomachum; juxta quæ doctrinam non solvitur jejuniū naturæ, nisi cibum intrer stomachum, quæ idè manducatio, quæ jejuniū frangi, essentialiter petit transjectionem, seu transmissionem cibi in stomachum; & ita debet sumi manducatio in proposito, & non pro sola matricatione, quæ ore, & dentibus exerceatur; Neque præbere Eucharistiam infirmis, qui deglutire non possunt, sed sollicitè curari eos, ut hostiam transjactur; non ergo Eucharistia gratiam cõ-

fert statim ac in linguam, vel palatum attingit, vel quandiu in ore retinetur, sed requiritur, & expectatur transjectio per guttur.

414 Supponendo ergo, gratiam conferri in aliquo certo instanti tunc transjectionis hostie in stomachum, plures modi excogitari sicut ad illud assignandum; communiter tamen modus dicens est, ac doctrina Scoti late conformior, Eucharistia tunc primo causatur gratia, quando primo verum est dicere, ipsam fuisse in stomacho receptã, seu in ultimo instanti terminativo; quo verum est dicere, species sacramentales esse ad stomachum transjectas; Ratio est, quia tunc est perfecta manducatio, & potatio, tunc enim cibi manducatio completa censetur, quando ille in stomachum est receptus, sed antè illud instans, in quo Chritus sacramentatus ad stomachum pervenit non potest dici sumptus, aut manducatus, sed incipit sumi, aut manducari; ergo solum pro illo instanti causatur gratiam, pro illa instanti, instanti claudente modum transjectionis; Quod verò obicit solet, gratiam hujus sacramenti promissam fuisse à Christo manducanti, se non vero qui manducavit; & idè in instanti, iam assumptam gratiam non conferri, quia in eo instanti corpus Chriti non manducatur, sed manducatum est. Hoc inquam, parum urget, quia gratia quidem promissa est manducationi, jam perfectæ, & complete in ratione manducationis, quod solum verificatur in instanti iam assignato, de quo plura videri possunt apud Gavarium nostrum *disp. 12. qu. 3. cap. 1.*

415 Quarta tandem difficultas est, an Eucharistia per se, & ex opere operato gratiam conferat, quæ quæ in stomacho exilit, præsertim si homo tunc temporis melius disponatur. Communis opinio negatur, cuius fundamentum præcipuum est, quia gratia huius sacramenti non est promissa, nisi manducationi ipsius, ut iam dictum est, sed toto tempore, quo post commestionem species durat in stomacho, non manducatur; ergo nec gratiam infuit, ita Vasquez, Bonacia, Meratius, Scotus, Granada, Caspensis, Morandus, Victoria, Corneio, & ex nostris Poncius, Gavarius, & alii passim.

Aliqui tamen adhuc præ, & probabiliter docent, sacramentum Eucharistia toto tempore, quo durat in stomacho augere gratiam etiam ex opere operato, si homo qui recipit illud, magis ac magis se disponat; ita Gajetanus, Valencia, Suarez, Coninchius, & Aversa, Lugo, Orlandus, & ex nostris Hiquæus, & alii, qui dicendi modus valde pius est, & apostolicus ad excitandos homines ad devotionem, & reverentiam huius sacramenti exhibendam, toto eo tempore, quo in ipsis permanet, ob spem majoris fructus, & exaltat misericordiam Dei ergo nos, & huius sacramenti excellentiam; statuer enim, Chritum non manere otiosè eo tempore in stomacho, & est rationi valde cõgruens, quia hoc sacramentum gratiam confer per modum nutrimenti; sed cibum nutrit præcipue, quando est in stomacho calore naturali adiutus; ergo etiam hoc sacramentum calore melioris dispositionis quasi adiutum animam spiritaliter nutrit, quæ nutritio spiritalis in augmento gratiæ consistit. Ex quo etiam facile occurrit rationi prioris sententiæ, quod gratia hujus sacramenti præcisè manducationi ipsi præmissa est, licet enim transacta sumptione, & quando Eucharistia durat in stomacho, non pervenit manducatio sacramenti physice, ad hæc tamen moraliter pervenit ratione dispositionis, & ita creditibile est, & piæ etiam tunc temporis causare augmentum gratiæ.

416 Utraque opinio valde probabilis est, & graves habet Sæcularitates; cui negativa placet, quæ communior est, legat ex nostris Gavarium *disp. 12. c. 1. q. 3. cap. 2. ubi* strenuè, & pro totis eam propugnans; cui affirmativa ardet, legat Hiquæum *4. disp. 8. qu. 3. a. num. 23. ubi* eam elegantè defendit. Mihi solum restat dicendum cum Poncio *disp. 44. qu. 10. num. 87.* hoc certum esse in hæc materia optime eum facere, qui ob reverentiam tanti sacramenti disponit sed ad recipiendum gratiam augmentum, in quamdiu species sacramentales intrã seipsum conservat, etiam in faciendo, non accipit vi sacramenti ex opere operato illud augmentum, recipit tamen ipsam meritorie propter ipsam bonam dispositionem.

Pro cotidine hujus Disputationis solent hic tractare Scholastici de necessitate huius sacramenti, de quo satis diximus *disp. 1. de sacramentis in genere 2. 10. ar. 1.* ubi generatim discussimus, quæ sacramenta sint necessaria necessitate medijs, quæ verò præcepti, & conclusimus in fine illius articuli, Eucharistia sacramentum esse necessarium dumtaxat necessitate præcepti, non tantum Ecclesiastici, sed etiam divini. Solent etiam tractare de usu, & sumptione huius sacramenti, ejusque Ministerio, quæ materia, quia densa est, & omnino moralis apud alios legenda dimittitur, solent denique tractare de Eucharistia ut sacrificio, seu de sacrosancto Missæ sacrificio, in quo Eucharistia consecratur à Sacerdote, Deo offeritur, & immolatur Jesus Christus Dei Filius; quam materiam ad sequentem Disputationem remittere placuit de sacramento ordinis, ubi præsertim agemus de ordine sacerdotum, ejusque exercitio, & hinc occasione sumpta præcipuus discussus discursus facietur, quæ ad sacrosanctum Missæ sacrificium spectant.

Neque etiam rationes pro secunda sententia extrema convincunt, ut sola traditio libri Epistoliarum sit huius ordinis materia, & excludenda sit ratio calicis cum patena; Falsum namque est, ab initio Ecclesiæ fuisse subdiaconis interdictum vasa sacra tangere simpliciter, & absolute loquendo, sed in Concilio Laodiceno cõfolum fuit eis vestiri tangere, & desere facta vasa, quando continent corpus, & sanguinem Chriti; nunquam tamen fuit eis interdicitum tangere sacra vasa vacua, sed semper id fuit eis licitum, ut habetur ex Concilio Bracariorum *cap. Non liceat 23. dist.* Neque paritas assumpta de Diacono tenet in omnibus, sed solum convincit, quod sicut Diaconus fit per traditionem libri Evangeliorum cum suis verbis ex Florentino, ut mox patebit: ita pariter subdiaconus per traditionem libri epistoliarum debet cum suis verbis, sed non convincit, quod per istam tantum fieri debeat, sicut fit Diaconus, ut communior sententia tenet, de quo postea.

Et ex his demum patet præcipuum subdiaconi officium esse, ut ait Doctor *disp. 2. c. 1. quæst. 2. in fine*, facta vasa calicem, scilicet, & patenam ad usum sacrificii preparare, & ad altare deserre, & quoniam Diaconus est, qui proxime sacerdoti in Missæ sacrificio ministrat, officium subdiaconi erit ipsi Diacono in medijs ministrare, eique dicta vasa offerre, quia præbeatur Sacerdoti; Deinde ejus quoque officium erit, licet minus præcipuum, Epistoliam in Missa solemniter canere, prout Ecclesiæ ritus observat, & hoc expressè illi committitur in traditione libri Epistoliarum.

41 De Materia pariter, & Forma Diaconatus est inter Scholasticos diffiduum, & tres tenet opiniones dare extremè, & una media. Prima extrema docet, esse essentialiter consistere in sola traditione libri Evangeliorum, & verbis ei correspondentibus. *Accipite potestatem legendi Evangelium &c.* Fundamentum est, quia de hac solum traditione fit mentio in Concilio, factum autem inquit quodam *Diaco. dicitur conferri per libri Evangeliorum traditionem.* Deinde quia Gregorius Nontus cap. *Presbyter* de sacramentis non iterandis videtur expressè, manuum impositionem exclusivè, quæ fit in ordinatione Diaconatus potestatem, quæ fuit ab Apostolis introducta, & non à Christo instituta. Tandem quia illud est solum de essentialibus ordinacionis, per quod traditur ordinato certum aliquid officium; sed hoc in ordinatione Diaconi fit per solum de ejus essentia, ita Valencia, Vasq. Sanchez, Nugus, Cap. Hart. Diana, Faber ex nostris Brancatus *disp. 5. ar. 5.* cum plures Summittit. Alia sententia extrema putat e contè, eam essentialiter consistere in sola manuum impositione cum verbis illi correspondentibus *Accipite Spiritum Sanctum &c.* & expressè excludit traditionem libri Evangeliorum. Fundamentum est, quia in Concilio, Cartag. 4. cap. 4. fit solum mentio impositionis manuum. Deinde, quia olim in Ecclesia Antienis, in qua Durandus fuit Episcopus non solebat Ordinando tradit liber Evangeliorum. Tandem, quia cum ab Ecclesiæ initio fuerunt ordinati Diaconi, nondum erat scriptus illius Ordinationis ita Durandus H. b. f. Becanus, & alii nonnulli, pro qua etiam citatur Scotus à quibusdam, eò quod *disp. 2. ar. 2. in fine* dixisset legere Evangelium non esse proprium Diaconi actum.

42 Media tamen sententia etiam in hoc puncto placet, hæc quæ Ordinationem adæquate in utraque parte consistere, scilicet impositione manuum, & libri Evangeliorum, traditione cum suis verbis, quæ in utraque dicitur, & ex utraque ratione compleri integrã materiam, ex utraque prolatione integram formam; Ita sentiunt Henriquez, Sanchez, Bell. Lug. Con. Bernab. Aversa, & alii Recentiores, quæ sententia est rationibus utriusque partis fundamentum sumi cum non aliter cõciliari possint; Et quidem de traditione libri id negari non potest, quia Concilio Florentino hæc expressè ponitur; ut materiam, & verba illi correspondentia, tanquam formam; Pro alia etiam parte Concilio Cartag. expressè impositionem manuum assignavit; & cum neutrum ex his Conciliis recitatur id, quod alterum dicit, licet ejus mentionem non faciat, utrumque retinendum est, tanquam ad utriusque Concilii auctoritatem salvandum.

Sed testimonium Concilii Cartag. Vasq. & cum eo Faber noster exponere nituntur, ut non loquantur de substantia Ordinationis, sed solum de quadam eius forme materia, & ceremoniam, mentemque Concilii fuisse, discrimen ponere inter manuum impositionem, quæ fit in ordinatione Sacerdotis, & eam, quæ fit in ordinatione Diaconi, quod in illa non solum Episcopus, sed etiam alii Sacerdotes assistentes suas imponunt manus, in hæc verò solum Episcopus. Verum totum hoc sine fundamento dicitur, & contè expressam Concilii intentionem, quod enim de egeronia merè accidentali non loquitur, sed de substantia Ordinationis, per quam Diaconus vero ordinatur, patet ex can. 5. ubi docet, idè dari Calicem Subdiacono, quod ordinatur, quia non accipit manus impositionem, sicut Diaconus; quare cum ex hoc capite discrimen assignet inter Diaconi, & Subdiaconi ordinationem, expressè significat, eodem modo illum ordinari per manuum impositionem, sicut hic ordinatur per traditionem calicis, & patenæ. Constat, quia cum Concilium propriam, & essentialiter materiam in omnibus aliis Ordinibus etiam minoribus assignet, nec alia pro Diaconatu assignet,

quam manuum impositionem; dicendum est, illam assignare voluisse pro materia essentiali, & non tantum pro ceremonia quadam accidentali, quod & indicant verba Episcopi huic actui correspondentia: *Accipite Spiritum Sanctum*, cum enim per modum imperativi profertur, effectum habere debet sacramentalem.

43 Ad fundamentum prioris sententiæ occurrit eundem est, non per hoc, quod Concilio Florentino impositionis manuum mentionem non fecerit, illam exclusivè, nec minus, quod eius non meminisset, siquidem ea præcipue ibi designare intendebat, quæ tanquam instrumenta ad sacra ministeria in conferendis Ordinibus traduntur in manus eorum, qui ordinantur; & facit potissimum in ordinatione Diaconi mentionem traditionis Evangelii, quia statuerat aliquam externam materiam pro singulis sacramentis assignare, quantum fieri poterat. Ad 2. negatur assumptum, nam Pontifex ibi non solum non excludit, sed potius requirit manuum impositionem, tanquam huic Ordinationi necessariam, & essentialem, sicut & Sacerdotali; quo autem sensu hæc manuum impositio vocetur ibi ritus ab Apostolis introductus, variè sunt expositiones; videri potest apud Conciliū Bernab. & alios nec defuit, qui negent eam esse Pontificis verba; quod si semel concedatur, dicendum est Pontificem vocari ritum ab Apostolis introductum, in idem in praxi positum, quamvis non ab ipso Christo servatum, quando ipsos Apostolos ordinavit; vel quia ex communione Christi facta ad Ecclesiam ipsi Apostoli deterrimantur ritum, quod debet talis ordo consistere. Ad ultimum negatur minor, quia spiritualis potestas Diacono propria est traditur, non tantum per traditionem Evangelii, licet per hanc apertius significetur, sed etiam per manuum impositionem.

44 Ad fundamentum posterioris sententiæ extrema pariter resp. quod sicut Florentino exprinendo solum traditionem libri Evangeliorum non ob id intendebat excludere manuum impositionem, ut modò dictum est; ita nec Concilio Cartag. hæc solam exprinendo illam excludere intellexit, quia neutrum ex his Conciliis, licet quod alterum dicit, licet ejus mentionem non faciat, idè utrumque retinendum est. Ad 2. minimè dubitandum est, in universali Ecclesiæ ritum hunc tradendi librum Evangeliorum semper fuisse servatum, licet aliqua Ecclesiæ particulari pro aliquo tempore circa hoc errare potuerit, & auctoritas præsertim illius Ecclesiæ Antienis, cuius Durandus ipse fuit Episcopus, non est tanta, ut nos movere, vel turbare debeat, ut inquit Concilio. Ratio est, quia mos est, ac laudabilis sumorum Pontificum consuetudo ad tollendam Religiosorum ambitionem, eorum humilitatem servandam, dum Episcopalem dignitatem extra locum quaerunt vel eam non concedere, vel solum in Ecclesiis in sui ordinis, quæ talem esse illam censent, cui Durandus præfuit Religiosus ex Ordine Predicatorum assumptus. Ad 3. respondet aliqui quod licet ab Ecclesiæ initio consecratus non fuerit inter Evangeliorum liber, poterat esse, ut in cætris quibusdam describitur essent alique partes, si vel aliqua mysteria fidei, quæ utiq; habuissent eandem vim & nomen Evangelii, & ad hæc ordinationem sufficiebant; Alii dicunt, Chritum initio dispensasse cum Apostolis, ut possent hunc Ordinem conferre sine traditione libri Evangeliorum.

45 Melius tamen respondet, ex computi doctrinam tradita ab initio quæstionis n. 36. cum Bellarmino, Coninchio, Marchino, Aversa, & alijs, quod sicut Chritus externam peccatorum confessionem instituit determinatè materiam poenitentiae, nunc autem hæc faciendæ sit verbo, vel scripto, aut alijs signis sensibilibus non determinavit, sed Ecclesiæ determinandum reliquit; & materiam, & formam matrimoniū instituit consensum contrahentium externis verbis, vel alijs signis expressis, hæc autem signa in particulari non determinavit, sed ea communi usus, & cõtrahentium voluntati reliquit; item formam cuiusque Sacramenti instituit in genere verba, quæ actionem consuetis significarent v. g. talem hic, & nunc à baptizante ablui in nomine Patris, &c. ipsa autem verba in particulari, & individuo talem actionem exprimit non instituit, sed hæc reliquit communi loquentium experimentum à diomate; siquidem ad illam eandem actionem significandam alia adhiberent verba Græca, alia Latina, alia Gallis, Italus, & Hispanis in propria vernacula lingua; Sicut, inquam, dicta signa in matrimonio, & poenitentia, & verba in alijs formis sacramentorum instituit quod determinat secundum rationem suam formalem, seu significationem, quatenus determinat talia esse voluit, ut certam rem determinatè significarent, indeterminate tamen secundum esse materiale, ita pariter instituit materiam huius Ordinis in impositione manuum Episcopi, & traditione calicis rei, quæ Diaconi officium designaretur; quænam autem res in individuo tradi deberet, hoc determinationi Ecclesiæ reliquit, ita quod partialem hæc materiam Diaconatus instituit secundum rationem pro formalem determinatam, quæ scilicet determinatè significaretur hic, & nunc per talem actionem tribui Ordinato certam potestatem Ecclesiasticam; indeterminate tamen secundum esse materiale, quatenus in potestate Ecclesiæ reliquit per traditionem huius, vel illius rei collationem huius potestatis significare. Et per hæc doctrinam facile conciliantur ritus diversæ Ecclesiæ Latinae, & Græcæ in Or-

in Ordinibus conferendis, utraque enim conferret Ordinationem per signum sensibile, & verba, quae optime collationem Ordinis significant; quae utraque valide conficit, & utraque servat formam licet loquedo materiam, & formam a Christo institutam, licet materialiter signis diversis utatur; Quomodo modum disp. praecedebamus. Gregum in fermento consecrantes, & Latinum in azimo utrumque vere servare materiam a Christo institutam pro sacramento Eucharistiae scilicet panem, Christus enim non determinavit hunc nec illum, sed panem ab solute loquendo, sive sit azimus, sive fermentatus, nec vinum album, vel nigrum sed vinum, quocumque esset; & denique per hanc doctrinam latet, & eradicat ritus utriusque; Ecclesiae conciliat Petrus Arcadius de Concordia Ecclesiae Occidentalis, & Orientalis in sacramentorum administratione lib. 6. c. 4. de quo videtur potest Card. de Lugo d. 2. de sac. in gener. sec. 5. ubi late agit de hac re.

46 Denique ex dictis patet, Diaconatus duos esse principales actus, vel officia; Primum est ministrare materiam ad conficiendam Eucharistiam, & dispensare corpus, & sanguinem Christi; Alteri vero est Evangelium legere, sive canere inter Missam solemni; prior tamen actus est nobilior, inquit Scotus d. 2. c. 2. art. 2. in fine, quia immediatius ordinatur ad Eucharistiam conficiendam in ordine ad quam jam supra dictum est, ordines dilingui, & alios dici Maiores, alios vero Minores; legere autem Evangelium est actus remotior; Quamvis autem dicat ibi Doctor hunc actum esse minus proprium, & minus principalem Diaconatus, non ob id negare voluit materiam Diaconatus esse quoque traditionem libri Evangelium scilicet partem aut ei tribuit Soto d. 4. dist. 2. q. 1. ar. 3. sed tantum significare voluit, priorem esse praestantiorum eo quia immediatius ordinatur ad Eucharistiam conficiendam, ut satis ibi se declarat; quae etiam ratione Auctores adaequate materiam huius Ordinis constitunt in utraque parte iam assignata, scilicet impositione manus, & traditione libri Evangeliorum, & utramque faciunt de substantia huius Ordinationis, praesertim impositionem manus, libri vero Evangeliorum traditionem faciunt partem minus principalem; unde consequenter volunt, in illa priori parte conferri gratiam, & imprimi characterem ad huc tamen ad ultimum debere libri traditionem.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Materia, & Forma, & Officio Presbyteratus & Episcopatus.

47 Circa materiam, & formam Presbyteratus conveniunt omnes materiam esse signa illa sensibilia, quae in susceptione Ordinis Sacerdotii adhibentur, & formam esse verba illa, quae ab episcopo proferuntur, ut habetur in Pontificali Romano, simul cum portione materiae, seu signorum illorum sensibilibus. Verum cum haec materia in Sacerdotio sit duplex, scilicet portio calicis, & patenae cum hostia, & impositio manus episcopi super Ordinandum, & verba quoque dicitur ab episcopo proferuntur, dum porrigit calicem, & patenam cum hostia, sunt diversa a verbis, quae eodem proferuntur, cum manus super ordinandum imponit, & diverso tempore fiunt, quae, est inter Doctores, an sola portio calicis cum vino, & patenae cum hostia sit materia efficiens, & essentialis, & verba illa, quae tunc ab episcopo proferuntur, accipere potestatem offerendi sacrificium Deo, missaeque celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini. An vero etiam impositio manus sit materia necessarii requisita, ut de essentiali, & simul etiam verba ab episcopo prolata, dum manus imponit, sint de essentiali forme, scilicet, accipere Spiritum Sanctum, quorum remissionis peccata remittuntur eis, & quorum retentionis, retenta sunt.

In qua controversia tres sunt sententiae, duae extremae, & una media. Prima extrema censet, materiam efficientem huius ordinationis esse solam impositionem manus episcopi, formam vero esse verba illa correspondentia, accipere Spiritum Sanctum, &c. Ratio est, quia huius tantum fit mentio in Concilio, Carth. 4. cap. 3. Secunda extrema docet, totam essentiam Ordinationis huius consistere in traditione patenae cum pane, & calicis cum vino, & verbis illis; accipere potestatem offerendi sacrificium, &c. impositionem vero manus cum verbis formae correspondentibus non esse de essentia, & substantia Ordinis Sacerdotii, sed esse sacramentalia, quae sunt adhibenda ratione praecipui, non vero quia sint de essentia; haec est sententia communis apud Summas, quam tenent Sylvester, Angelus, Bonacina, Diana, Valentia, & ex nostris Faber d. l. cit. g. 1. c. 4. tantquam probabilioris de mente Doctoris.

48 Media sententia communior, & tenenda astrict, Sacerdotis ordinationem adaequate consistere, tum in traditione patenae, & calicis cum pane, & vinum in illa impositione manus, quae fit a solo episcopo post hanc traditionem, atque adeo integram materiam esse hanc traditionem, & impositionem, integram vero formam esse verba, quae in utroque actu ad ordinationem proferuntur. Hanc tenent communiter Recentiores B. I. Arminius, Vasquez, Cornubiensis, Bernal, Averfa, Ledesma, Sanchez, Marchius, Filiucius, Layman, & ex nostris Brancatus tom. 3. disputat. 6. art. 8. & alii quamplures, quam ex Scot. acceperunt 3. dist. 2. q. 1. ar. 3. ubi conserpsit verbis ea docuit, dum inquit in sacerdotio videri probabi-

les, quod ibi sint duae formae partiales, in quarum altera conferretur potestas conficiendi eucharistiam, in reliqua potestas absolvendi in penitentia, & istis conjunguntur duae materiae, hoc est duo signa visibilia propriae forme, primum traditio calicis, & patenae cum hostia, accipere potestatem celebrandi, &c. secunde forme impositio manus Episcopi super caput, accipere Sp. Sanctum, ut sic Episcopus concorditer agat cum summo Episcopo Christo, qui praeconstituit potestatem Apostolicam conficiendi, quam absolvendi. Et salum omnino est, quod inquit Faber loc. cit. quod Sc. ad. 1. ar. 3. secundum sententiam iudicaverit probabiliorem, nimirum hanc ordinationem consistere solum in traditione patenae, & calicis cum pane, & vino, & verbis, quae tunc ab Episcopo proferuntur, & hanc esse sufficientem, & integram materiam, & formam.

Hoc inquam salum est, nam potius Doct. in oppositum significat ex praediis verbis, dum inquit l. 6. quod utraque potestas, scilicet, in corpus Christi verum, & mysticum committitur, cuiuslibet Sacerdoti ad minus complete ordinato, & addit, quod si prius tempore datur sibi auctoritas celebrandi, quam absolvendi, non est tamen perfectio ordinatus quatum ad utramque auctoritatem, & eadem concludit, quod utraque potestas integritati ordinis Sacerdotii atque ideo Sacerdotis ordinationem in traditione patenae, & calicis cum vino, quam in impositione manus cum suis verbis adaequate consistere.

49 Ex qua Scotica doct. Recentiores unicus assertionis huius fundamentum desumpserunt, ut discunt Bernal, disp. 47. sect. 5. nam in Sacerdotio perfecto duplex reperitur potestas, una est in corpus Christi naturale, & physicum, quae quis constituitur potens Eucharistiam consecrare, altera est in corpus Christi mysticum, seu morale, quae quis potest peccata Christi auctori remittere, & sacramenta penitentiae, atque extremae Unctionis ministrare; & utraque potestas formaliter pertinet ad eundem ordinem Presbyterii, quoniam illa prior sine ipsa posteriori est quasi essentia sine prima proprietate, vel quasi pars substantialis essentiae sine comparte; & illa posterior praesupponit illam priorem in subiecto necessitate ordinis, & illi est annexa iure divino; si ergo haec duae potestates sunt essentialiter connexae necessitate ordinis, & de iure divino; salum est, manuum impositionem, qua traditur secunda potestas, esse ceremoniam tantum accidentalem, & necessariam solum necessitate praecipui, quia non est perfectio, & completio sacerdos, qui utramque potestatem non habet.

Resp. Faber, sacerdotem alique non esse perfectio ordinatum posse duobus modis intelligi, uno modo, quod non habeat perfectam, & essentialem ordinationem sacramentalem; & hoc modo salum est, quod ordinatus per primam formam non sit perfectio ordinatus, Alio modo, quia non habeat actu omnem potestatem, quae habent Sacerdotii, & hoc conceditur, sed hoc non est de essentia sacramenti sacerdotii, sed de congruo, & ex ordinatione divina consequens ad sacerdotium. Sed haec solutio eodem argumento revincitur, enim utraque potestas pertinet formaliter ad eundem ordinem sacerdotii, ut argumentum probat, iam qui utramque potestatem non habet, nec consequenter habebit perfectam, & essentialem ordinationem sacramentalem; & si ex ordinatione divina haec utraque potestas sacerdoti debetur, ut Faber in sua responsione fatetur, iam impositio manuum per quam talis potestas confertur, non erit ceremonia tantum accidentalis, & solum necessaria necessitate ordinis, & iure divino; Est plane hoc totum deducitur ex ipsa ceremonia, quia utitur Ecclesia in sacerdotium ordinatione, qui enim ordinatur, habet Casulam a tergo complicatam, donec potestatem accipiant ligandi, & solvendi, quae datur per impositionem manus Episcopi post sacrificium perfectum, & Eucharistiam sumptum, ut notat Vasq. dist. 2. 39. c. 5. volens per hoc Ecclesia significare, quod qui solum recipit potestatem conferendi, est sacerdos novae legis inchoatus, sive incompletus, donec accipiat aliam absolvendi; & quavis ab solute loquendo dari potest potestas conferendi sine potestate absolvendi, non tamen sine ordine ad illam, haec enim essentialiter supponit illam priorem; & principalem, & gratia per utramque confertur, quid autem de characteris sacerdotii dicendum sit, patebit postea.

50 Deinde hanc ordinationem vere consistere in traditione patenae, & calicis cum pane, & vino, & in verbis, quae tunc proferuntur, definitum est in Concilio Flor. in litteris Eugenii, & colligitur ex ipso modo, quo Christus Apostolos ordinavit in Sacerdotes praebendo eis in nocte cenam, & calicem consecraturum ac dicens, hoc facite in meam commemorationem, & simul prout est modus, quo nunc in Ecclesia sacerdos ab Episc. ordinatur; De impositione vero manus constat etiam ex Conc. Carthaginiensi, quod prima sententia, cum inquit: Presbyterii ordinatio Episcopi benedicens, manum super eius caput tenente, &c. ubi tamen non declarat, impositionem manus esse materiam totalem huius Ordinis, ut illa sententia assererat; idem habetur in Concilio Moguntino c. 35. cum dicitur: Collatio Ordinis cum impositione manus, & ubi visibili signum traditur; & hoc etiam ex ipso facto Christi deducitur in ordinandis Apostolis, separatim enim illis contulit potestatem conferendi, & potestatem absolvendi, priorem quidem in nocte Cenae, dum dixit: Hoc facite in meam commemorationem,

lis eiusdem, ut latius explicatum est disp. 2. Phys. q. 8. ar. 4. n. 175.

QUESTIO DECIMASEXTA.

Quomodo Christus desinat esse sub speciebus, & an per mixtionem, desinare possit.

380 Ceterum est, desinare Christum esse in sacramento, quando species sacramentales corruptuntur, sub quibus erat, quia Christus hoc modo non nisi sacramentaliter existit, sed tunc cum desinat species, desinat sacramentum, ergo desinat esse ibi Christus, quare tunc desinit, quando valet dicere, qui fuisse ibi substantia, non potest eam amplius conservari, sive dicatur per ultimum esse fuisse, sive per primum non esse iuxta diversos philosophandi modos de inceptione, & desinitione, quibus satis dictum est in Physica suo loco; Difficultas nunc est de modo, quo fiat talis desinitio corporis, & sanguinis Christi sub speciebus, in qua tres praesertim referri solent sententiae, duae extremae, & altera vetrius media; Prima fuit quorundam antiquarum, Christum desinare esse sub speciebus sacramentalibus per motum localem, corruptis namque speciebus dixerunt, Christum recedere per motum localem, & in Caelum ascendere, ubi praeter naturalem praesentiam tot alias acquirunt, quot species corruptuntur, & consumuntur, ita indicavit Glossa in cap. Tribus gradibus de Consecratione dist. 2. ubi ait, consumptis speciebus Christum in Caelum evolare, quae loquendi forma motum localem significat, & haec opinio Canonistis tribuit solet. Opposita sententia docet, Christum desinare in sacramento per desinitionem, veluti substantialem, quia nimirum conservatur in Sacram. per peculiarem actionem substantialem substantiam Christi in sua existentia attingentem; Unde cessante postea talia actione dicitur, veluti substantialis desinitio Christi, qui tamen adhuc permanet prout per aliam actionem in sua substantia immutata conservatur a Deo; ita discuntur omnes, qui dicunt, Christum incipere esse in hoc sacramento per substantialem reproductionem, aut conservationem ad substantiam corporis Christi de novo terminata; consequenter enim asserunt, illum in hoc sacramento desinare per mutationem substantialem, hoc est, per subtractionem concurrentis divini conservativi. Tertia tandem sententia, veluti media, est Scoti, & Scotistarum, ac aliorum Recentiorum, qui affirmant, Christum incipere in hoc sacramento per acquisitionem tantum novae praesentiae ad species, consequenter asserunt, desinare esse sub eo per simplicem deperditionem eiusdem realitatis sacramentalis praesentiae. De alia parte quaestio dicemus articulo secundo.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio quoad primam partem.

381 Hic supponendum est cum communi sententia, quando Christus desinit esse sub speciebus, verum, & realiter mutari, seu desinare per veram, & propriam sui mutationem, & non tantum per mutationem specierum, sicut desinit esse Deus in creatura, non per mutationem fuisse, sed per mutationem creaturam, quae desinitur, ut indicavit D. Thom. ar. 6. q. ad 3. quae de causa quidam Thomistae absolute dixerunt, Christum nullo modo mutari, quando desinit esse in sacramento. Hoc in quo omnino falsum est, quia ut dictum est superius in hac disp. q. 10. ex Scoto 4. d. 10. q. 1. praesentia sacramentalis Christi ad species non est denominatio pura extrinseca in corpore Christi, sed quaedam veritas, & realis in ipso, quando namque Christus ponitur in hoc sacramento, a liquid reale in se formaliter accipit, quod prius non habebat, non quidem absolute, sed respectivo, novam scilicet, realem relationem praesentialitatis ad species, dum ergo desinit esse sub illis, illam eandem relationem deperdit, ac proinde realiter, & intrinsece mutatur, non quidem mutatione positiva, & acquisitiva, sed privativa, ac deperditiva. Neque exemplum de Deo existente in creatura, & desinente esse in illa per solam creaturam mutationem, est ad rem, quia praesentia intima Christi ad species sacramentalis est relatio realis, & mutua ex parte utriusque, extrenni, & ambo intrinsece efficitur, cum ambo sint relationis capacia, cuius Deus capax non est ratione summe, & infinitae actualitatis; Tum quia cum Deus sit immensus, permanet semper in eodem spatio, in quo erat creatura, ac proinde fieri nequit, ut existente creatura non sit in ea Deus; bene possibile est, conservari accidentibus, Christum non esse sub illis; & de contra desinentibus accidentibus permanere Christum in eodem loco, praescindendo a decreto iam facto. Hoc itaque supposito.

382 Dicendum est, Christum non desinare esse in hoc sacramento per motum, aut mutationem localem proprie sumptam; neque per mutationem substantialem, sed per simplicem mutationem deperditivam realitatis praesentiae sacramentalis, quam habebat cum speciebus. Est Scoti loc. cit. & probatur quoad omnes, & singulas partes, & quidem quod non desinat esse Christus in hoc sacramento per motum, vel mutationem localem proprie sumptam, probatur evidenter, quia ad hanc requiritur, ut sit inter duos terminos positivos, quorum unus sit terminus in quo, & alter terminus ad quem

Correctio 2 folio 187
duplicato